



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 10. Verum est gaudium sperantium in Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

ventus discutit, ita momento tollitur fons
eorum gaudium, qui confidunt in vanitate
& exultant in rebus fallacibus.

§. X.

*Qui sperant in Deo, eumque possident, non
habent gaudium.*

AT bonorum gaudium & eorum qui sperant in Deo præcipue internum est, & in medio cordis velut tutissimo loco sedemnit stabilem quo nihil nisi ipsi velint, penetrare potest quod obtentam mentis tranquillitatem perturbet. Occultus thesaurus est expositus rapinæ: Manna est absconditum quod nemo novit, nisi qui gustat, & nemus gustat nisi qui divinæ confidit bonitatem providentiae. Hinc mundus qui iudicatur de exterioribus lœtitiam illam appellat tristitiam, Deus vero qui inspicit corda interiora per videt rectè lœtitiam nominat, & verissimum quidem, in cuius comparatione voluptates ceteræ & gaudia, mæstixie non sunt & ærumne ex sententia S. Bernardi. Gaudium illud justorum divino, ut diximus, immillimum est, miraculosum est quodammodo etiæ tribulationes possunt habere, quin potius augent illud atque amplificantur; velut situla aquæ infusa in ardente rogo, hunc non extinguit sed accendit.

plius, Gaudium est adeo securum ut ab ijs qui possident, perdi non possit nisi ipsi velint: nec tyrannus illus nec Carnifex, nec hominum, nec Angelorum quisquam, nec dæmones omnes possunt illud habenti eripere juxta ipsius Veritatis testimonium. *Et gaudium vestrum nemo tollat à vobis.* Joan.16. & Luc. 10. Maria optimam partem elegit, quæ non avertitur ab ea. Nam sicut in solo Deo fundatum est qui derelinquit neminem nisi à quo prius fuerit derelictus, ita integrum semper inviolatumque manet pro natura ejus qui illud animo inspiravit. Sic olim vir quidam sanctus interrogatus: quomodo posset quis semper gaudere, semper sibi similis tranquillitatem mentis retinere nullaque affici reiū perturbatione respondit. Unde possum constitari habens in me Deum? & cur non lætoriens à nemine eripi mihi posse causam lætitiae meæ quæ est tota de Deo & tota in Deo solo? Denique ob hoc gaudium, desipit nobis quidquid Deus non est, in quo jam tum etiam in hac valle lachrymarum degustamus paradisi delicias. Proinde nullus dubito quin momentum unicum hujusmodi gaudij præferendum sit infinitis, ut ita dicam, mundi gaudiis, sicut una de Deo cognitio melior omnibus rerum creatarum cognitionibus

bus, ut habet Aristoteles, & unica gub
balsami pretiosior est oceano fæcum, &
putum Salmonis carius est sexcentis
narum, ut dixisse fertur Dux Albanus.

§. XI.

Illustria hujus veritatis testimonia,

Quod si modica hujus mirifici gaudi
participatio excedit omnes mundan
cias, quanti erit plena & perfecta ejus fru
Quam delectabiles illius lætitiae thea
quos promittit Deus confidentibus iuste
ste Ecclesiastico, *jucunditatem & exultati*
nem thesaurizabit super eum. P. Baptista So
cius concionator celebris è Societate [ESI]
cum quadam die rationem conscientie
redderet P. Balthasari Alvarez superiori
confessus est illi quod si quidquid ubique
Deo creatum est jucundum ac delectabile
congereretur in unum, perpetuumque haec
nolle se totum hoc permutare cum unus ho
ræ quadrantis voluptate quam ex Deo cap
ret. Alius quidam solebat dicere, quod con
fessiones quas Deo donante percipiebant
unico sacræ synaxeos refectione, prafest
omnibus quas homines universi exten
creatarum usu simul capere possent volup
tibus. Deus bone quis cogitatione compre
hendat, nedum verbo explicet ingens que
dium, quo cumulatur anima qua te possidet